

Lib. XXII. Tit. I.

De Usuris, & fructibus, & causis, & omnibus accessionibus, & morâ.

§. 1. *Usus* est certa quantitas sorti (quantitati principaliter debitæ) accedens, in re ejusdem generis. Ejus not. 1. *Causa* (velut Efficiens) 2. *Subiectum* (materia) 3. *Forma*. 4. *Effectus* (finis) 5. *Contraria*.

§. 2. (1) *Causa*. Cur Usuræ debeantur, est vel *Remota*, eaque

vel odiosa, ut 1. *morâ* in solvendo,

2. *non servata contractui fides*.

Talis Usura dicitur *Punitoria*, & *licita est omni jure*, vel favorabilis, ut *Usus rei*, & huic respondens interesse, quoad alter re careat, lucrante altero.

Talis Usura dicitur *Compensatoria*, quæ

1. Si *justum modum* teneat, æqualitatem nempe inter *Usus illius* & *interesse hujus*, *licita est omni jure*.

2. Si *modum excedat*, *illicita est etiam jure civili*, diciturque *mordax*, & *lucratoria*.

§. 3. vel *propinqua*, quæ est

vel *legalis*, unde debentur, etiam si non sint *promissæ*,

Usuræ, v.g. *Punitoria*, in b. f. contractibus, e. g.

Si negotiorum gestor pecuniam apud se habuerit absque *fcenore*.

Si creditor pignus solutum retineat, l. pen. ff. de pignorat.

NB. In mercando, si terminus solutioni prefixus, ob *moram* debentur *usurae*: si non prefixus, non debentur.

vel *Voluntaria*, nempe *Promissio*. Unde debentur non nisi pro-

1. *Compensatoria*, etiam in contract. b. f. (missæ usuræ)

2. *Omnes*, in contract. stricti juris. Excipe causas

1. Legatorum & fideic. } in quibus ob moram

2. Fisci ex contractibus, } ipso jure debentur

3. *Rei judicatæ*, } Usuræ.